Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Utrum diffici
lius sit fa
cere quod posci
tis an ne
gare nec
dum statui.
Siquidem neque
vobis aliquid
imperantibus abnuere sententie est. et ma
gnitudo oneris impositi ita cervices
premit ut ante sub fasce ruendum sit quam
levandum. Accedunt ad hec invidorum stu
dia qui omne quod scribimus reprehen
dendum putant et interdum contra se conscientia
repugnante publice lacerant que
occulte legunt. in tantum ut clamare
compellar et dicere. Domine libera animam me
am a labiis iniquis et a lingua dolo
sa. Tertius annus est quod semper scribitis
atque rescribitis ut Esdre librum et Hest
er vobis de hebreo transferam quasi non habeatis
greca et latina volumina aut quic
quid illud est quod a nobis vertitur non sta
tim ab omnibus conspiciendum sit. Frustra
autem ut ait quidam niti. neque aliud
fatigando se nisi odium querere extre
me dementie est. Itaque obsecro vos
mi Domnion et Rogatiane karissimi
ut privata lectione contenti librum non
efferatis in publicum nec fastidiosis
ingeratis cibos. vitetis quoque eorum su
percilium qui iudicare tantum de aliis. et
ipsi facere nichil noverunt. Siqui autem fra
trum sunt quibus nostra non displicent.
his tribuatis exemplar admonen
tes ut hebrea nomina quorum gran
dis in hoc volumine copia est. disti
cte et per intervalla transcribant. Nichil

enim profuit emendasse libros nisi emen
datio librorum diligentia conservetur.
Nec quemquam moveat quod unus a nobis
editus est liber. nec apocriforum tertii. et
quarti libri somniis delectetur. quia
et apud hebreos Esdre Neemieque sermones
in unum volumen coartantur. et que non habentur
apud illos. nec de xxiiii senioribus sunt
procul abicienda. Siquis autem hoc vobis
opposuerit interpretes quorum exempla
ria varietas ipsa lacerata et eversa
demonstrat nec potest utique verum asseri quod
divisum est. Mittite eum ad evangelia
in quibus multa ponuntur de veteri testa
mento que apud septuaginta interpretes non habentur.
velut illud quoniam Nazareus vocabitur.
et Ex Egipto vocavi filium meum. et vide
bunt in quem compunxerunt. multaque
alia que latiori operi reservamus. et quere
rite ab eo ubi scripta sint. Cumque pro
ferre non potuerit. vos legite de his
exemplaribus que nuper a nobis edita ma
ledicorum cottidie linguis confodiuntur.
Sed ut ad compendium veniam. certe quicquid
illatum sum certissimum est. Edidi aliquid
quod non habetur in greco vel aliter habetur quam
a me versum est. Quid interpretem lani
atis? Interrogent hebreos et ipsis auc
toribus translationi mee vel accommo
dent fidem vel derogent. Porro aliud
est si clausis quod dicitur oculis mihi volunt ma
ledicere. et non imitantur grecorum studium
et benivolentiam. qui post septuaginta translato
res iam Christi evangelio choruscante. Iudeos et
Hebionitas legis veteris interpretes A
quilam videlicet et Symmachum et Theodoti
onem et curiose legunt. et per Origenem
laborem in exaplois ecclesiis dedicarunt